



Promotionsformel Philologisch-Kulturwissenschaftliche Fakultät,
Historisch-Kulturwissenschaftliche Fakultät, Fakultät für
Sozialwissenschaften, Fakultät für Philosophie und
Bildungswissenschaft, Fakultät für Psychologie, Fakultäten für
Mathematik, Physik, Chemie und Geowissenschaften, Fakultät für
Lebenswissenschaften

Gelöbnisteil

**Doctorandi clarissimi nec non
doctorandae clarissimae!**

Dissertatione composita et examinibus, quae ad eorum, qui in philosophia vel in rebus naturalibus doctoris nomen atque honores consequi student, doctrinam explorandam lege constituta sunt, cum laude superatis, nos adiistis, ut vos eo honore, quem appetiistis, in hoc solemni concessu ornemus.

Sed prius fides est danda, vos tales semper futuros, quales vos esse iubebit dignitas, quam obtinebitis, et nos speramus vos fore.

Spondebitis igitur:

Primum, vos huius universitatis, in qua summum in philosophia vel in rebus naturalibus gradum ascenderitis, piam perpetuo memoriam habituros eiusque res ac rationes, quoad poteritis, adiuturos;

dein, honorem eum, quem in vos conlatus sum, integrum incolumemque servaturos neque umquam pravis moribus aut vitae infamia commaculaturos;

postremo, studia humanitatis impigro labore culturos et proiecturos, non sordidi lucri causa nec ad vanam captandam gloriam, sed quo magis veritas propagetur et lux eius, qua salus humani generis continetur, clarius effulgeat.

Haec vos ex animi vestri sententia spondebitis ac pollicebimini!

Ernennungsteil

**Itaque iam nihil impedit, quominus honores, quos obtinere cupitis,
vobis impertiamus.**

Ergo ego

promotor rite constitutus ex decreto ordinis mei vos

philosophiae doctores creo necnon vos

rerum naturalium doctores creo,

**creatias creatosque renuntio omniaque philosophiae vel rerum naturalium
doctorum iura ac privilegia in vos confero in eiusque rei fidem haec diplomata
universitatis sigillo insignita vobis in manus trado.**